

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XCIV. Privilegia & jura antiquorum Monachorum non transeunt in  
Canonicos noviter institutos, & sub diversa natura & qualitate subrogatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO XCIV.

Privilegia & jura antiquorum Monachorum non  
transcendent in Canonicos noviter institutos, & sub  
diversa natura & qualitate subrogatos.

R. P. D. Cetrio.

Vicentina jurisdictionis.

Lune 2. Maii 1650.

## SUMMARIUM.

- 1 Litterae Apostolicae de jure habent par-  
tam executionem, quando apparent ju-  
stificatae &c n. 2.
- 3 Sententia contra sententiam non valeat,  
nisi priori revocata, & quando fecerit,  
num. 5.
- 4 Clavis quam & quas operatur, ne  
sententia ferri possit prout in prima.
- 6 Via executiva quando non vulneretur  
per sententiam.
- 7 Acta gesta in judicio à quo fit appellata-  
rum sunt transportanda.
- 8 Ordinarii nomine propriè designatur E-  
piscopus.
- 9 Ordinarii appellatione comprehenditur  
etiam Archipresbyter, qui ordinariam  
habet jurisdictionem.
- 10 Ordinarii nomen si congrue adapta-  
ri potest tam Episcopo quam Archipi-  
bysterio, quando ad Episcopum iuris  
referri debeat.
- 11 Discretivo loquendi modo distinguo  
& separant.
- 12 Declarationes Sacra Congregatio  
absque ulla discussione à Rotariquo  
tur.
- 13 Breve Apostolicum lice penden-  
tratum quando dicatur subrepitum.
- 14 Privilegia & jura Abbatarum & Mi-  
nachorum non transcendent in Archipre-  
bysterum & Canonicos sub diversa qua-  
litate subrogatos.
- 15 In subrogatio servanda est expressa for-  
ma in litteris subrogationis edita.
- 16 »Papa si in suppressione aliquorum  
Monasteriorum declaraverit se nolle  
p. 16.

prajudicare eorum antiquis privile-  
giis, talis declaratio non extenditur ad  
alia monasteria.

17 Ecclesia licet sit de jure patronatus Re-  
gio, non præjudicat jurisdictioni or-  
maria.

L Iteras Apostolicas tam Sanct. mem. Clementis VIII. sub data 14. Kalend. Septembbris 1592. in quibus Ecclesia Sancti Joannis de Abbatissis in Collegia- tam erecta cum suis dignitatibus, Canoniciis, Præbendis, Capitulo, be- neficiis & quibuscumque ministeriis submititur jurisdictioni ordinariæ; quam etiam fel. record. Urbani VIII. sub data 18. Januarii 1614. illarum confirmatorias ex- quendas esse definitivè pronunciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interpo- lata appellatione, & causa mihi commissa cum clausula: *partio litteris arbitrio, dubi- tavi an inret arbitrium, & si illud non intrare pro illarum retardatione, Domini dixe- rint, quia littera Apostolica de jure habent paratam executionem.* cap. si Capitulo, abi glosa in verb. exequatur de concess. prob. in 6. Mohedan. decis. 13. ut lue pend. Cavaler. decis. 230. numer. 1. & segg. Buratt. decis. 435. num. 1. Vrgellen. decis. 60 numer. 2. præ- fessum in proposito, quo ex præfata sententia rotali, qua est valida & iusta, ut infes- rius probabitur, apparent justificatæ, ut responsum fuit in Nazarena, seu Montis viridis Benefici 15. Decemb. 1645. coram R. P. D. meo Veroſpo, in Gerunden. Paro- chialis, 16. Novembri 1646. & in Beneventana Canonicius, 8. Februario 1647. co- ram R. P. D. meo Bichio.

Validitas est clara, nec obstat nullitas ex eo deducta, quod sententia Rotalis fuerit prolata contra sententiam de partibus latam ad favorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum, ea non revocata contra L. C. quando prov. non est ne- cessaria.

Quia cum Rora pronunciaverit, prout in prima, sicut validè pronunciate po- tuit vigore clausulæ, quam, & quas, apposita in commissione, Cardin. Seraph. in de- cis. 241. num. 2. & decis. 1327. num. 3. Buratt. decis. 241. num. 6. & decis. 405. num. 1. Rota. in recent. decis. 305. num. 3. cum seqq. part. 6. & decis. 303. num. 2. part. 7. Non fuit opus dictam præcedentem sententiam revocare, ex deductis coram Card. Caval. decis. 31. num. 3. in recent. decis. 161. sub num. 2. vers. præterea, part. 1. decis. 264. num. 1. & 2. part. 6. & decis. 26. numer. 3. part. 7. cum ceteris allegatis in Romana fidei commissi de pluribus 14. Iunii 1645. coram m. §. altera verò. Nec ipsa vulneraverat viam executivam, dum coram illo Judice non fuit actum pro executione dictatum litteratum, nec super ea pronunciatum, ut respondit Rota decis. 132. num. 12. part. 2. divers. coram Buratt. decis. 329. num. 6. in Romana, seu Mutinæ, dotia, 30. Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo penes Zach. de oblig. Camer. decis. 56. num. 9. & decis. 200. num. 12. secundum ult. impress.

Deinde non obstar altera, ob non integrum transportationem actorum, quia sufficit,

Ddd 3

7

sufficit, quod transportatus fuerit inreger processus fabricatus coram Decano T. raconen. à quo fuerat appellatum, Pen. decif. 644. num. 3. & 4. Baratt. decif. 13. num. 2. & 3. Card. Cavaler. decif. 43. num. 2.

Justitia convincitur ex lectura earundem litterarum san. mem. Clementis VIII. ibi: dictaque Ecclesia, ac ejus dignitates, Canonices, & probende, aliaque beneficia, Capitulum, & omnes tri huiusmodi suo Ordinario subjecti sint, &c. quibus sane verbis, pertè dignoscitur, illos subjectos fuisse jurisdictioni ejusdem Episcopi, qui propriètate praefatis litteris Ordinarii nomine fuerat designatus, iuxta glo. in cap. 2. verb. loc. Ordinario de usur. in 6. & in cap. Ordinarii, verb. locorum, de offic. ordin. in 6. M. m. a. ang. 37. num. 8. Chokier. de jurisdictione ordin. lib. 1. q. 1. n. 9. Loither. de re benefic. lib. 1. quæst. 14. sub num. 102. cum pluribus seqq.

Nec turbar, quod appellatione Ordinarii veniat etiā Archipresbyter, cùm immateria de sua natura adaptabili, sub hujusmodi denominatione comprehendatur quicunque alius inferior, solummodo ordinariam habeat jurisdictionem, ut tradit Card. Zoller. in clem. quia regulares, sub num. 11. vers. 8. quero desuppl. neglig. Pralat. cum diaconis respet. & sequitur Chokier dic. quæst. 1. d. num. 9. ver. sed etiam Rota in recent. decif. 493. num. 5. part. 2. & coram bon. mem. Coccin. decif. 346. num. 1.

Quia in casu, de quo agitur, de Episcopo tantum, non autem de Archipresbytero Ordinarii nomine Pontificem intellexisse, Dominis suadebant contextus literarum, & subjecta materia; tunc quia, submittendo dignitates, Canonicos, & Capitulum suo Ordinario, Archipresbyterum ipsum (in quo unica, & principalis resideret dignitas) illius jurisdictioni per neccesse submissse censeretur, ac proinde nomen illud adipiuin congrue referri non potest, ne eodem tempore dentur actio & passio in eodem subiecto contra regulam, text. in 1. si quis pro eo. §. de fidei usq. l. fratre. ff. decif. 1. dict. indebit. Tum quia plures de Ordinario & Archipresbytero ibidem dilectissimis loquuntur, id est que illos pro distinctis, & omnino separatis inter se habeuisse, furnitur, nec unum voluisse sub alterius denominatione comprehendere, ex allego Surd. consil. 426. num. 1. & consil. 554. num. 7-8. & 9. Menoch. consil. 215. num. 69. & 70. Card. Seraph. decif. 1486. num. 12. Rota in decif. 667. num. 5. cum aliis per Add. ad Goy. dec. 301. num. 18. Tum denique hoc tollit omnem difficultatem, quia ita declinata Congregatio Eminentissimorum DD. sacri Concilii Tridentini Interpretum, dum sub die 2. Decemb. 1623. quæ deinde confirmata fuit per speciale Breve sed. record. Urbanii VIII. sed etiam 1. Decembbris 1640. 21. Septembri 1641. & 15. Marti 1642. quibus proinde declarationibus omnino est deferendū, cùm Rota soleret illas absque alia discussione revereri, & responsum fuit coram Card. Cavaler. decif. 624. num. 8. in Vicen. portionum. 18. Martii 1639. coram Reverendiss. D. meo Decano, in oppida. Processionum, 18. Maii 1646. coram R. P. D. meo Verofatio, §. & hac juris diffusio, §. prius in Romana pensionis 19. Novembri 1640. coram me, §. final.

Nec

Nec refert, quod dictum breve san. mem. Urbani uti interpretatum lite pendeat, <sup>13</sup>  
nulla facta de ea mentione videatur subreptitum: Quia cum Archipresbyter & Ca-  
nonici deinde eundem Pontificem adverint pro illius moderatione, & nihilominus  
hujusmodi declarationis articulum eidem sacra Congregationi denuo remitterit,  
qua successivè pluries auditis partibus, ac re mature discussa præcedentem resolutio-  
nem ter confirmavit, utique objecta subreptionis ex: epistola omnino sublata reman-  
sat, ex notis in cap. i. ut lit. non contest. in 6. Et faciunt tradita per Card. Zabarelli. consil.  
92. num. 2. & 3.

Prout minus obstat asserta antiqua concordia celebrata de anno 1262. inter tunc <sup>14</sup>  
temporis Episcopum, ac Abbatem & Monachos Ecclesie, de qua agitur super ipso-  
rum exemptione ab illius jurisdictione.

Quia, ultra alias responsiones ab informantibus deductas, dum Monasterium, Ab-  
bas, & Mon. chi. illorumque Ordo, & iura extincta penitus, & suppresa fuerunt à  
prædicto san. mem. Clemente VIII. terminarunt protinus, & cum eis pariter extincta  
remanserunt omnia ipsorum privilegia, & concordia, que propterea in Archipres-  
byterum, & Canonicos, aliosque deinde principaliter institutos, ac sub diversa natu-  
ra, & qualitate subrogatos transire non potuerunt, ad tradita per Natt. consil. 638. num.  
44. vers. Ecce quod Baldus Rimm. Iun. consil. 112. num. 121. & 129. cum aliis per Gabr. de  
regul. iur. concl. 2. num. 48. 66. & 88. sed in ipsis servari debet expressa, & præcisa for-<sup>15</sup>  
ma in dictis litteris ejusdem Pontificis super hujusmodi suppressione, ac nova erexitio-  
ne editis contenta juxta prædictas subsequentes, & reiteratas declarationes dictæ  
sacra Congregationis, ut respondere fuit in desig. huius causa emanata coram bo. mem.  
Merlino 20. Junii 1638. §. final.

Nec relevat, quod in suppressionibus, & novis erectionibus aliarum similium Ec-  
clesiarum tam ab eodem sancto memorat Clement. VIII. quam felicis record. Paulo  
V. apposite fuerint declarationes de non præjudicando antiquæ jurisdictioni, &  
privilegiis eorum, quia cum hujusmodi declarationes restrictæ, & limitatae fuerint ad  
prædictas alias Ecclesias, extendi non debent ad istam, de qua agitur, cuius suppres-  
sio & nova erexitio diverso modo facta fuit ut respondit Rota coram bon. mem. Mer-  
lino. §. prout, nec etiam & in Vicen. Cameraria, 1. Februario 1639. coram R. P. D. meo Rojas,  
§. non obstant Brevia.

Deinde non obstat quod hujusmodi Ecclesia sit de jure patronatus Regio, quia <sup>17</sup>  
hoc non præjudicat jurisdictioni Ordinarii, juxta dispositionem sacri Concilii Tri-  
dentini. siff. 15. cap. 6. de reformat.

Et ita resolutum fuit, &c.

Ad